



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 13. Pauli IV. Pontificis obitus, Romanique populi jubilus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

§. XIII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.*Pauli IV. Pontificis obitus, Romani-
que populi jubilus.*

Tandem paucis post diebus Papa An-
no Christi millesimo quingentesimo
quingagesimo nono die decima octava
Augusti animam Deo reddidit, hæc Pfal-
mi centesimi vigesimi primi verba pro-
nuntians: *Lætatus sum in his, quæ dicta
sunt mihi, in domum Domini ibimus.* Æ-
tatis suæ annum explevit octogesimum
tertium, unum mensem, ac viginti du-
os dies: Pontificatum vero gerebat qua-
tuor annis, duobus Mensibus, & vigin-
ti quatuor diebus. Eo vix fatis functo
quantocius pro veteri more omnes ur-
bis carceres fuerunt aperti, necnon
furens populus, qui per urbem quasi lym-
phata mente discursabat, novum Inqui-
sitionis carcerem incendit, iis, qui in
eo detinebantur, emissis, vixque cohi-
beri plebs potuit, quin incendium in
Dominicanorum ædes ad Minervam in-
tentaret, odio inquisitionis, cui exer-
cendæ illi a Pontifice præpositi fuerant,
etiam in hos Religiosos extenso: nec fa-
tius ea re populi furor; nam statim
quorundam impulsu in Capitolium ab
eo fiebat impetus, necnon caput una
cum dextera manu Pontificis statuæ,
quæ in Palatio e marmore pario nobi-

*Thuan. l. c.
Joan. Bapt.
Castaldi in
vita Pauli
IV.
Foglieta in
vita ejusd.
Vidorel. in
addit. Ciac.*

Sæcul. XVI lis artificis manu elaborata, atque a
A C 1559. Romano Senatu magno sumptu polita
 ei fuerat, præscindebatur, ac toto tri-
 duo per urbis vias fummo ludibrio pro-
 volvebatur, donec tandem, ubi publi-
 ca rabies elanguit, bonorum quorum-
 dam misericordia, ne diutius spectacu-
 lo tam fœdo hominum oculi assuescerent,
 in Tiberim projectum fuisset.

Pariter in hoc tumultu Inquisitionis
 Commissarius fuerat vulneratus, ejus-
 que ædes incensæ, ac Caraffarum in-
 signia ab omnibus locis amota, ubi prius
 conspiciebantur: insuper biduo post edicto
 cautum, ut omnia hæc insignia ubique
 tolerentur, adjecta in eos, qui non ob-
 temperassent, perduellionis pœna, ubi
 nusquam major in summa licentia pa-
 rendi alacritas, nullumque fere eo die
 Caraffarum insigne in urbe reliquum
 fuit.

Porro ejusmodi furentis populi tu-
 multus usque ad primam Septembris di-
 em fervebant, quin ullus plebem conti-
 nere vel auderet, vel vellet: interea
 defuncti Pontificis cadaver, Canonicis
 beati Petri succollantibus, in Basilicam
 Vaticanam tenui pompa illatum est, &
 præter morem militari manu ob metum
 populi aliquamdiu servatum, ac lateri-
 cio tandem tumulto ad tempus condi-
 tum fuit: verebantur enim Cardinales,
 ne

ne populus suam denuo rabiem in ipsum defuncti cadaver effundere præsumeret.

Sæcul. XVI.
A.C. 1559.

Ceterum fateri cogimur, quod hic Pontifex præclaris admodum animi dotibus fuerit præditus, vitamque suam ad Christianæ perfectionis normam apprimè composuerit, ingentique fidem catholicam in sua puritate conservandi studio flagrarit. Scripsit etiam quosdam tractatus, atque inter alios Symbolum, necnon alium de reformatione Ecclesiæ libellum, quem Paulo III. summo Pontifici nuncupaverat, nec minus edidit constitutiones Theatinorum, quorum veluti Author, primusque Superior existit.

§. XIV.

Mors Cardinalis Roberti de Nobilibus.

Hoc eodem anno ante Pauli IV. obitum tres Cardinales: quatuor vero sede vacante vivis erepti sunt: ex his primus erat Cardinalis Robertus de Nobilibus in urbe Montispolitiana in Etruria natus, atque de illustrissima urbevetana familia ortus, nam filius erat Equitis Vincentii de Nobilibus, ac Ludovicæ de Monte, quæ Julii III. Papæ soror fuerat. Is ab ipsismet incunabulis cum lacte materno pietatem sugebat, nec minorem in literis humanioribus pro-

Ciacon in vit.
Pontif. f. 3.
p. 784.
Turrigio in
vita Roberti
de Nobil.